

nere^(a) vel vita quisquis ad administrandam rempublicam^(b) imper-
 tiendosque^(c) salutis omnium labores se^(d) accommodasset^(e), in
 quo studio necesse est, quoniam semper abundant improbi, inimicos
 multos, emulos plures ut habeamus; ac perpetuum quidem bellum
 et eternum odium cum intestinis hostibus suscipiendum est. sed, 5
 queris, quis me falsus glorie splendor^(f) adolescentium bellis senem
 implicuit? potui ego^(g) dici fortasse senex, illi profecto, nisi no-
 minibus abutamur, nequaquam adolescentes; siquidem de Pompeio
 et Cesare subest sermo; cum civili^(h) dissensione mundum om-
 nem permiscerent. feci quidem quod boni fecere omnes⁽ⁱ⁾, et qui 10
 erant et qui existimabantur^(j), ac tum demum bellum secutus sum,
 cum pax, cuius auctor semper fueram stabiliende^(k), servari non po-
 tuit. nullus itaque me vel verus vel falsus glorie splendor eo aut^(l)
 quoquam^(m) impulit, sed partes eas sum secutus, que michi iusti-
 tiam dignitatemque fovere vise sunt. non tamen tuto negaverim 15
 me voluisse rebus omnibus meis semper coniunctam⁽ⁿ⁾ gloriam,
 ita ut, cum recte fecissem, tum digne ab^(o) aliis estimaretur; po-
 tentiores autem eos, qui et boni cives crederentur, multo studio
 colui, nec me improbiores averterunt^(p) quominus id quod possem
 officii communi impenderem salutis. et Marco Antonio nonnun- 20
 quam, et Pompeio semper^(q), et Cesari aliquando perfamiliaris fui.
 placuit siquidem Cesar quandiu non potentiam suam sed utilitatem
 publicam querere visus est, quandiu sibi^(r) incolumitas urbis et
 civile otium placuit; postea vero quam subvertit omnia et libidine
 sua potitus est, nequaquam de eo bene dixi^(s). laudatus equi- 25

(a) *LC* omnibus vel genus vel vita *G* omnibus genere vel vita (b) *Codd.* quo quis
 ad ministrandum rem publ. (c) *G* impartiendos (d) *LG om.* se (e) *RG* falsus ge-
 neraliter splendor (f) *G* ergo (g) *G* cuidam (h) *G* orationes (i) *RG* extima-
 bantur *ma G om.* et qui (k) *L* de (l) *RG* quoque (m) *G* concitandam (n) *L* fe-
 cissem, id ab (o) *C* everterent (p) *L* salutis. et Marco Antonio nonnunquam et
 Pompeio semper et Cesari aliq. *RG* invece recano salutis. et Octavio et Pompeio semper
 et Cesari aliq., e così pure *C.*, trannechè in luogo di Octavio v'è uno spazio in bianco.
Cf. però Phil. I, V, 5: «[de Antonii iniuria;] cui sum amicus, idque me non nullo
 « eius officio debere esse prae me semper tuli ». (q) *G om.* sibi *C* ei (r) *CRG om.*
 nequaquam - dixi

(1) *Cic. De offic. I, XXI, 70:* « fru-
 « ctuosior autem hominum generi et
 « ad claritatem amplitudinemque apta
 « [vita] eorum, qui se ad rem publi-

« cam et ad magnas res gerendas ac-
 « commodaverunt ».

(2) *Cf. Phil. VII, III, 7:* « semper
 « pacis auctor fui ».